

ORATIO OBLIQUA

1. Zaimki i przysłówki.

hic (zaimek wskazujący I osoby) ⇒ ille

hic (przysówek) ⇒ illic

nunc ⇒ tunc

hodie ⇒ illo die

cras ⇒ postero die

heri ⇒ pridie

2. Zdania orzekające.

Zdania główne orzekające przechodzą w konstrukcję A.C.I, np.

- oratio recta: Solo dixit: „**Nemo** ante mortem beatus **est** praedicandus.”
- oratio obliqua: Solo dixit **neminem** ante mortem beatum **esse** praedicandum.

3. Zdania rozkazujące.

Zdania wyrażające rozkaz, zakaz, zachętę, prośbę, życzenie otrzymują *coniunctivus* **bez żadnego spójnika** zgodnie z zasadami *consecutio temporum*, np.

- oratio recta: Principes dixerunt: „Ad eum mittite legatos!”
- oratio obliqua: Principes dixerunt ad eum **mitterent** legatos.

Do tych samych reguł stosuje się *coniunctivus perfecti* wyrażający zakaz po *ne*, np.

- oratio recta: Concurrerant legati, centuriones tribunique militum: „**Ne dubitaveris** proelium committere. Omnium sunt militum paratissimi animi”
- oratio obliqua: Concurrerant legati, centuriones tribunique militum: **ne dubitaret** proelium committere. Omnium esse militum paratissimos animos.

4. Zdania pytajne.

a. Pytania rzeczowe otrzymują *coniunctivus* zgodnie z zasadami *consecutio temporum*, np.

- oratio recta: Ariovistus Caesari respondit: „Quid tibi **vis**, cur in possessiones meas **venis**?”
- oratio obliqua: Ariovistus Caesari respondit: quid tibi **vellet**? cur in possessiones suas **veniret**?

b. Pytanie retoryczne przechodzą w konstrukcję A.C.I., np.

- oratio recta: Legati flentes ad genua consulis provolvuntur, orant ne se in rebus tam trepidis deserat: „Quo a Romani repulsi **ibimus**?”
- oratio obliqua: Legati flentes ad genua consulis provolvuntur, orant ne se in rebus tam trepidis deserat: quo enim **se** repulsos ab Romanis **ituros**?

5. Zdania zależne od A.C.I.

Zdania zależne od konstrukcji A.C.I. otrzymują *coniunctivus* zgodnie z zasadami *consecutio temporum*. Czas trybu *coniunctivus* uzależniony jest od *verbum regens* konstrukcji; np.

- oratio recta: Stoici nostri dicunt: „Duo sunt in rerum natura, ex quibus omnia **fiunt**: causa et materia.”
- oratio obliqua: Stoici nostri dicunt duo esse in rerum natura, ex quibus omnia **fiant**: causam et materiam.
- oratio recta: His Caesar ita respondit: „Eo mihi minus dubitationis datur, quod eas res, quas legati Helvetii commemoraverunt, memoria teneo.
- oratio obliqua: His Caesar ita respondit: eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati Helvetii **commemorassent**, memoria **teneret**.

6. Odstępstwa

Wbrew powyższym regułom, niektóre zdania podrzędne zachowują niekiedy w *oratio obliqua* tryb *indicativus*:

- a. niekiedy zdania czasowe ze spójnikiem *dum*, np.
- Dic, hospes, Spartae nos te vidisse iacentes, dum sanctis patriae legibus **obsequimur**.
- b. zdania wtrącone, np.
- Qui potest esse qui neget haec omnia quae **vidimus** deorum immortalium potestate administrari?
 - Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod **est** oppidum maximum Sequanorum, contendere triduique viam a suis finibus processisse.
- c. także zdania podrzędne, przede wszystkim czasowe, przyczynowe i względne, np.
- Nolite arbitrari me, cum a vobis **discessero**, nusquam aut nullum fore.
 - Respondi neque Romae in conventu Siculorum, cum a me auxilium communi omnium legationum consilio **petebatur** causaque totius provinciae ad me **deferebatur**, legatos Syracusanorum adfuisse, neque me postulare ut quicquam contra C. Verrem decerneretur in ea curia in qua inauratam C. Verris statuam viderem.

NB 1. Niekiedy w zdaniach podrzędnych, których zależność od zdania głównego jest słaba, może pojawić się *infinitivus*, np.

- Nam illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam iam bis classes regias **fecisse** naufragium.

NB 2. *Infinitivus* pojawia się również w porównaniach typu *ut.... ita (sic)*, np.

Ex quo intellegi potuit, id quod saepe dictum est, ut mare quod sua natura tranquillum sit ventorum vi **agitari** atque **turbari**, sic populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus ut violentissimis tempestatibus concitari.

7. Ekwiwalencja czasów dla futurum.

| <i>oratio recta</i> | <i>oratio obliqua</i> |
|---------------------|--|
| ind. futuri I | con. praesentis (po czasie głównym) |
| ind. futuri I | con. imperfecti (po czasie historycznym) |
| ind. futuri II | con. perfecti (po czasie głównym) |
| ind. futuri II | con. plusquamperfecti (po czasie historycznym) |

oratio recta: Omnia, quae **facies**, amabimus. (ind. futuri I)

oratio obliqua: Germani dicunt (dicent) omnia, quae **faciat**, se amatueros. (con. praes.)

oratio obliqua: Germani dixerunt (dicebant, dixerant) omnia, quae **faceret**, se amatueros. (con. imperf.)

oratio recta: Omnia, quae **feceris**, amabimus. (ind. futuri II)

oratio obliqua: Germani dicunt (dicent) omnia, quae **fecerit**, se amatueros esse. (con. perf.)

oratio obliqua: Germani dixerunt (dicebant, dixerant) omnia, quae **fecisset**, se amatueros esse. (con. plqperf.)

Ćwiczenia

I. Przełóż poniższe zdania na *oratio recta*.

1. Meus frater a Philippo interrogatus, quid latraret, furem se videre respondit. (Cic. *De orat.* 2.220)
2. Caesar milites hortatus est: Ne ea, quae accidissent, graviter ferrent.

3. Eo legati ab Arvernibus missi: quae imperaret, se facturos pollicentur. (CAES.G. 7.90.2)
4. Legati haec se ad suos relatores dixerunt et re deliberata post diem tertium ad Caesarem reversuros. (CAES. G. 4.9.1)
5. Eo cum [Caesar] venisset, ea quae fore suspicatus erat facta cognovit: missas legiones ab nonnullis civitatibus ad Germanos invitatosque eos uti ab Rheno discederent: omnia, quae postulassent, ab se fore parata. (CAES. G. 4.6.3)
6. Hostes proelio superati simulatque se ex fuga receperunt, statim ad Caesarem legatos de pace miserunt; obsides duros quaeque imperasset sese facturos polliciti sunt (CAES. G. 4.27.1).
7. Bello Helvetiorum confecto totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem gratulatum convenerunt: intellegere sese, tametsi pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse, propterea quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Helvetii reliquissent uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur, locumque domicilio ex magna copia deligerent quem ex omni Gallia oportunissimum ac fructuosissimum iudicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent. (CAES. G. 1.30)
8. Legati cum eum [Caesarem] in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locuti flentes pacem petissent, atque eos in eo loco quo tum essent suum adventum expectare iussisset, paruerunt. (CAES. G. 1.27)

II. Przetłóż poniższe zdania na *oratio obliqua*.

1. Non ante moriar, quam duo et septuaginta annos vixero. (Cic.Fat.19)
Epicurus sperabat ...
2. Satis multas causas attuli, cur bellum gerendum esset.
Cicero dixit...
3. 'Pater meus' inquit 'Hamilcar puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam proficiscens Karthagine lovi optimo maximo hostias immolavit. (NEP. Han. 2)
Hannibal, cum multa de fide sua et odio in Romanos Antiocho regi commemorasset, adiunxit ...
4. 'Sed tempus est', inquit, 'iam hinc abire me, ut moriar, vos ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, di immortales sciunt, hominem quidem scire arbitror neminem.' (Cic. Tusc. 1.97)
Socrates morte multatus iudicibus dixit...
5. 'Visne igitur', inquit, 'o Damocle, quoniam te haec vita delectat, ipse eam degustare et fortunam experiri meam?' (Cic.Tusc. 5.57)
Dionisus, tyrannus Syracusanorum, interrogavit quendam ex suis assentatoribus, Damoclen, ...
6. 'At hi quidem mortui iam sunt' (Cic.Sen. 27)
Dicitur Milo Crotoniata, cum a spexisset lacertos suos, inlacrimans dixisse ...
7. 'Desilite' inquit 'commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere; ego certe meum rei publicae atque imperatori officium praestitero'. (CAES.G. 4.25.3).
Miles, qui decimae legionis aquilam ferebat, clamavit...

8. Zdania warunkowe

| | |
|-----------------|-----------------|
| Si hoc facis, | erras |
| ↑ | ↑ |
| <i>protasis</i> | <i>apodosis</i> |
| (poprzednik) | (następnik) |

8.1. Uzależnienie okresu warunkowego w konstrukcji ACI

Następnik zdania warunkowego przechodzi w konstrukcję A.C.I., poprzednik otrzymuje *coniunctivus* zgodnie z zasadami *consecutio temporum*, np.

modus realis

oratio recta: Si hoc facis, erras.

oratio obliqua: Scio te errare, si hoc facias.
Sciebam te errare, si hoc faceres.

oratio recta: Si hoc facies, errabis.

oratio obliqua: Scio te erratum esse, si hoc facias.
Sciebam te erratum esse, si hoc faceres.

Futurum exactum w zdaniu warunkowym przechodzi po czasie głównym w *con. perfecti*, a po czasie historycznym w *con. plusquamperfecti*, np.

oratio recta: Si hoc feceris, errabis.

oratio obliqua: Scio te erratum esse, si hoc feceris.
Sciebam te erratum esse, si hoc fecisses.

modus potentialis

oratio recta: Si hoc facias, erres.

oratio obliqua: Scio te erratum esse, si hoc facias.
Sciebam te erratum esse, si hoc faceres.

oratio recta: Si hoc feceris, erraveris.

oratio obliqua: Scio erratum esse, si hoc feceris.
Sciebam erratum esse, si hoc fecisses.

modus irrealis

Następnik przybiera dla konstrukcji A.C.I. *infinitivus* na -urum fuisse.

oratio recta: Si hoc faceres, errares.

oratio obliqua: Scio te erratum fuisse, si hoc faceres.
Sciebam te erratum fuisse, si hoc faceres.

oratio recta: Si hoc fecisses, erravisses.

oratio obliqua: Scio te erratum fuisse, si hoc fecisses.
Sciebam te erratum fuisse, si hoc fecisses.

odstępstwa:

Vale igitur, mi Cicero, tibi que persuade esse te quidem mihi carissimum, sed multo fore cariorem, si talibus monumentis praeceptisque **laetabere**.

8.2. Uzależnienie okresu warunkowego poza konstrukcją ACI

W zależności użycia trybu *coniunctivus* następnik *modus irrealis* przybiera formę *con. perfecti* koniugacji opisowej czynnej (na -urus fuerim), np.

oratio recta: Si hoc faceres, errares.

oratio obliqua: Non dubito quin, si id faceres, erraturus fueris.

oratio recta: Si hoc fecisses, erravisses.

oratio obliqua: Non dubito quin, si hoc fecisses, erraturus fueris

Ćwiczenia:I. Przetłóż na *oratio recta*:

- a) Dicit se, si ita accidat, non esse iturum ⇒
- b) Dicit se, si ita acciderit, non esse iturum ⇒
- c) Dixit se, si ita accideret, non esse iturum ⇒
- d) Dixit se, si ita accidisset, non esse iturum ⇒
- e) Dicit (dixit) se, si ita accideret, non fuisse iturum ⇒
- f) Dicit (dixit) se, si ita accidisset, non fuisse iturum ⇒

II. Przetłumacz i przetłóż na *oratio recta*:

1. Negebat Cicero, si naturam sequeremur ducem, umquam nos aberraturos.
2. [Caesar legatis respondit]: sibi nullam cum iis amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent. (CAES.G. 4.8)
3. Incitat L.Lentulus consul senatum; rei publicae se non defuturum pollicetur, si audacter ac fortiter sententias dicere velint. (CAES. Civ. 1.1)
4. Quid censes? si ratio esset in beluis, non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse? (Cic. N.D. 1.78)
5. Te dictatorem censes fore, si abs te agrum acceperim? (PL. Tri. 665)
6. In Cumano nuper cum mecum Atticus noster esset, nuntiatum est nobis a M. Varrone venisse eum Roma pridie vesperi et, nisi de via fessus esset, continuo ad nos venturum fuisse. (Cic. Ac. 1.1)
7. [Sugambri Caesari] responderunt: populi Romani imperium Rhenum finire; si Germanos in Galliam transire non aequum existimaret, cur sui quicumque esse imperii aut potestatis trans Rhenum postulare? (CAES.G. 4.16.2)
8. Sed quaero, quod negant posse, id si posset, quidnam facerent. (Cic. Of. 3.39)
9. Eo legati tres venerunt querentes castella sua oppugnari nec spem ullam esse resistendi nisi praesidium Romanus misisset: tria milia militum satis esse nec hostes, si tanta manus venisset, mansuros. (LIV. 34.11.3)
10. Dicamus Crassum non fuisse periturum, si omni paruisset. (Cic. div. 2.94)
11. [Plato dicebat] beatissimas fore res publicas, si aut philosophi dominantur aut saltem, qui gubernant, divina quadam sorte philosophentur. (FICINO, Vita Platonis)
12. [Cicero dixit Iovem], si humana lingua loqui voluisset, non alia quam Platonis lingua fuisse locuturum. (FICINO, Vita Platonis)
13. Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos, video vos non solum de vestro ac rei publicae, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. (Cic. Cat. 4.1)
14. Dic, quidnam facturus fueris, si eo tempore censor fuisses. (LIV. 9.33.7)
15. Patres conscripti (...) legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium, qui ab rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet sibi que dederet. His Prusia negare ausus non est; illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus ius hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent: locum, ubi esset, facile inventuros. (NEP. Han. 12)
16. Haec fuit oratio [legatorum]: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant, quod Germanorum consuetudo haec sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere neque deprecari. Haec tamen dicere: venisse invites, eiectiones domo; si suam gratiam Romani velint, posse iis utiles esse amicos; vel sibi agros attribuant, vel patiantur eos tenere quos armis possederint; sese unis Suebis concedere, quibus ne di quidem immortales pares esse possint; reliquum quidem in terris esse neminem quem non superare possint. (CAES. G. 4.7.3-5)
17. hi iam ante edocti quae interrogati pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt; fame atque inopia adductos clam ex castris exisse, si quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent; simili omnem exercitum inopia premi nec iam vires sufficere cuiusquam nec ferre operis laborem posse; itaque statuisset imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecisset, triduo exercitum deducere. (CAES. G. 7.20.10-11)

18. Is ita cum Caesare egit: si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios ubi eos Caesar constituisset atque esse voluisset; sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. quod improvise unum pagum adortus esset, cum ii qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suae magnopere virtuti tribueret aut ipsos despiceret. se ita a patribus maioribusque suis didicisse, ut magis virtute quam dolo contenderent aut insidiis niterentur. quare ne committeret, ut is locus ubi constitissent ex calamitate populi Romani et internecione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet. (CAES.G. 1.13.3)

III. Przekształć poniższe zdania z *oratio recta* na *oratio obliqua*.

1. Helvetii ad Alesiam venient.
 - a. Caesar credit
 - b. Caesar credebat
 - c. Caesar credit fore
 - d. Caesar credebat fore
2. Helvetii mox ad Alesiam venerint.
 - a. Caesar credit fore
 - b. Caesar credebat fore
3. Si populus Romanus cum Helvetiis pacem faciet, ad Alesiam venient.
 - a. Divico ita cum Caesare agit:
 - b. Divico ita cum Caesare egit:
 - c. Caesar non dubitat quin
 - d. Caesar non dubitabat quin
4. Si populus Romanus cum Helvetiis pacem faciat, ad Alesiam veniant.
 - a. Divico ita cum Caesare agit:
 - b. Divico ita cum Caesare egit:
 - c. Caesar non dubitat quin
 - d. Caesar non dubitabat quin
5. Si populus Romanus cum Helvetiis pacem faceret, ad Alesiam venirent.
 - a. Divico ita cum Caesare agit:
 - b. Divico ita cum Caesare egit:
 - c. Caesar non dubitat quin
 - d. Caesar non dubitabat quin
6. Si populus Romanus cum Helvetiis pacem fecisset, ad Alesiam venissent.
 - a. Divico ita cum Caesare agit:
 - b. Divico ita cum Caesare egit:
 - c. Caesar non dubitat quin
 - d. Caesar non dubitabat quin

7. Si populus Romanus cum Helvetiis pacem facient, in eam partem ibunt atque ibi erunt ubi eos Caesar constituerit atque esse voluerit.

Divico ita cum Caesare egit:

IV. Przekształć poniższe zdania z *oratio obliqua* na *oratio recta*.

Legationi Ariovistus respondit: si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse; si quid ille se velit, illum ad se venire oportere. praeterea se neque sine exercitu in eas partes Galliae venire audere quas Caesar possideret, neque exercitum sine magno comaeatu atque molimento in unum locum contrahere posse. sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Caesari aut omnino populo Romano negotii esset.

Legationi Ariovistus respondit:

V. Przekształć poniższe zdania z *oratio obliqua* na *oratio recta*.

Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et accersitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consuerint. non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse; eas omnes copias uno a se proelio pulsas ac superatas esse. si iterum experiri velint, se iterum paratum esse decertare; si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerit. amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere, idque se hac spe petisse. si per populum Romanum stipendium remittatur et dediticii subtrahantur, non minus se libenter recusaturum populi Romani amicitiam quam adpetierit. quod multitudinem Germanorum in Galliam traducat, id se sui muniendi, non Galliae inpugnandae causa facere. eius rei testimonium esse quod nisi rogatus non venerit et quod bellum non intulerit, sed defenderit. se prius in Galliam venisse quam populum Romanum; numquam ante hoc tempus exercitum populi Romani Galliae provinciae finibus egressum. quid sibi vellet? cur in suas possessiones veniret? provinciam suam hanc esse Galliam, sicut illam nostram. ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus. quod a se Haeduos amicos appellatos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse, neque ipsos in his contentionibus, quas Haedui secum et cum Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse. debere se suspicari simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum. quodsi eum interfecerit, multis se nobilibus principibusque populi Romani gratum esse facturum—id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere—, quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset. quodsi decessisset et liberam possessionem Galliae sibi tradidisset, magno se illum praemio remuneraturum et quaecumque bella geri vellet sine ullo eius labore et periculo confecturum.

Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit: